

**INTROIT Eccles. 36: 18**

Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur exáudi preces servi tui et plebis tuæ Israëi. (Ps. 121: 1) Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur exáudi preces servi tui et plebis tuæ Israëi.

**COLLECT**

Dírigat corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operátio: quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Corinthians 1: 4-8**

Fratres, Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu: quod in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni sciéntia: sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, expectántibus revelatiónem Dómini nostri Jesu Christi, qui et confirmábit vos usque in finem sine crimine, in die advéntus Dómini nostri Jesu Christi.

**GRADUAL Psalm 122: 1,7**

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. V. Fiat pax in virtúte tua et abundántia in túribus tuis.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allielúja. V. (Ps. 101: 16) Timébunt gentes nomen tuum, Dómine: et omnes reges terræ glóriam tuam. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 9: 1-8**

In illo témpore: Ascendens Jesus in navículam, transfretávit, et venit in civitátem suam. Et ecce offerébant ei paralyticum jacéntem in lecto. Et videns Jesus fidem iliórum, dixit paralytico: Confide, fili, remittúntur tibi peccáta tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemát. Et cum vidisset Jesus cogitatiónes eórum, dixit: Ut quid cogitátis mala in córdibus vestris? Quid est facilius dícere: Dimittúntur tibi peccáta tua: an dícere: Surge et ámbula? Ut autem sciátis, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, tunc ait paralytico: "Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum suam. Et surrexit, et ábiit in domum suam. Vidéntes autem turbæ timuérun, et glorificavérunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus.

**OFFERTORY Exodus 24: 4,5**

Sanctificávit Móyses altáre Dómino, ófferens super illud holocáusta, et ímmolans víctimas: fecit sacrificium vespertinum in odórem suavitatís Dómino Deo, in conspéctu filiórum Israëi.

**SECRET**

Deus, qui nos per hujus sacrificii veneránda commércia, unius summæ divinitátis participes éfficis: præsta quæsumus; ut, sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Psalm 95: 8,9**

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: adoráte Dóminum in aula sancta ejus.

**POSTCOMMUNION**

Grátias tibi reférimus, Dómine, sacro múnere vegetáti, tuam misericórdiam deprecátes: ut dignos nos ejus participatióne perficias. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Give peace, O Lord, to them that patiently wait for Thee, that Thy prophets may be found faithful: hear the prayers of Thy servant, and of Thy people Israel. (Ps. 121: 1) I rejoiced at the things that were said to me: we shall go into the house of the Lord. v. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Give peace, O Lord, to them that patiently wait for Thee, that Thy prophets may be found faithful: hear the prayers of Thy servant, and of Thy people Israel.

Let the exercise of Thy compassion, we beseech Thee, O Lord, direct our hearts: for without Thee we are not able to please Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I give thanks to my God always for you, for the grace of God that is given you in Jesus Christ, that in all things you are made rich in Him in all utterance and in all knowledge, as the testimony of Christ was confirmed to you so that nothing is wanting to you in any grace, waiting for the manifestation of our Lord Jesus Christ, Who will also confirm you into the end without crime, in the day of the coming of our Lord Jesus Christ.

I rejoiced at the things that were said to me: We shall go into the house of the Lord V. Let peace be in thy strength, and abundance in the towers.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 101: 16) The Gentiles shall fear Thy Name, O Lord: and all the kings of the earth Thy glory. Alleluia.

At that time, Jesus entering into a boat, passed over the water and came into His own city. And behold they brought Him one sick of the palsy lying on a bed and Jesus seeing their faith, said to the sick man of the palsy: "Be of good heart, son, thy sins are forgiven thee." And behold some of the Scribes said within themselves: He blasphemeth. And Jesus seeing their thoughts, said: "Why do you think evil in your hearts? whether is it easier to say: Thy sins are forgiven thee or to say: Arise and walk? But that you may know that the Son of Man hath power on earth to forgive sins" (then said He to the man sick of the palsy): "Arise, take up thy bed, and go into thy house." And he rose, and went into his house. And the multitude seeing it, feared, and glorified God, who had given such power to men.

Moses consecrated an altar to the Lord, offering upon it holocausts, and sacrificing victims: he made an evening sacrifice to the Lord God for an odor of sweetness, in the sight of the children of Israel.

O God, Who, by Thy venerable intercourse with us in this Sacrifice, dost make us partakers of the one Supreme Godhead: grant, we beseech Thee, that as we know Thy truth, so we may follow it by worthy lives. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bring up sacrifices, and come into His courts: adore ye the Lord in His holy court.

We who are fed with Thy holy Gift, O Lord, do offer our thanks unto Thee: beseeching Thy mercy that Thou may make us worthy to share in it. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.